

Freddi, Amadio. Psalmi integri quatuor vocibus cum basso ad organum . . . opus VIII,  
Venezia, Gardano | Bartolomeo Magni. 1626. RISM F1832.

**Title:**

PSALMI INTEGRI  
QVATVOR VOCIBVS  
Cum Basso ad Organum  
Auôtore  
AMADEO FREDDO  
In Cathedrali Taruifina  
Musico Prêfeôto.  
AD INVICTISSIMVM AC POTENTISSIMVM  
FERDINANDVM II.  
*IMPERATOREM.*  
Dicati.  
*CON PRIVILEGIO.*  
[Printer's mark]  
SVB SIGNO GARDANI  
VENETIIS. M. DC. XXVI.

---

Apud Bartholomeum Magni.

**Dedication:**

[page 1]

INVICTISSIMO AC POTENTIS.<sup>MO</sup> | FERDINANDO ROMANORVM | IMPERATORI  
II. |

EA sanè ratione inter diuinias, ac materię annexas substantias Humanæ | species à DEO  
O.M. media constituta videtur, vt viciissim cum illis | honesta voluptate perfundi, &  
vndeaque bearī, cum istis plerisque | incommodis affici, ac s̄epius vexari possit: eo  
interim munere insigni-|ra (quod amplissimum perhibet eius dignitatis testimonium) vt suæ  
| ipsa fortis autor vtram libuerit fortem fibi ipſi valeat comparare. Cę-|terum libertas hęc  
(singulare alioquin Hominis priuilegium) grauissimo eidem effet | incommode; siue enim  
Celestium cognitionem anhelet; siue rerum corruptibilium | vfum, ac notitiam querat; siue  
sensuum illecebris irretitus turpiter in voluptatum cę-|no volutet; omnino animo captus,  
corporenè defessus ineuitabiles, & difficillimos la-|bores subiret: nisi, quo maximè præstat  
ingenio, varia, & præstantissima remedia ad | quæcumq; Naturę damna, sive perferrenda  
inuenisset. Quamquam au-|tem hęc plurima numero sunt, genere diuersa, varijs etatum,  
morum, gentiumq; diffe-|rentijs accommodata: tamen vna sapientum omnium confensione  
MVSICA, que mo-|dulorum, carminum, ac sonorum equatili proportione conflata est,  
tantum cęteris ex-|cellere dicitur, quantum quos affert hylaritatis fruētus omnium  
Suauiſimi, pariterq; | ad mentem illustrandam, & membra confirmando aptissimi  
habentur, idcirco Plato | modò infundibuli, quod pro aures in animam infunditur, modò

Gymnaſticę ſimilem | eſſe dixit: quòd ſcilicet corpora domet, temperet animam, & Deum laudare doceat: | vt ſtudioſiſſimus eius interpres Ficinum explanauit. Sed quantopere in humanas aſli-ſtiones agat, expertus eſt Rex cognomine Magnus, re maximus Alexander; quem nul-los labores, nulla pericula, nullos hostium impetus ex timeſcentem vna Timonthei vox | infuorem excitare moxq; eſſerueſcentem reprimere potuit. Experti ſunt etiam ple-ſriq; Pythagoræ, & Empedodis diſcipuli, quorum laſciuia, aut iram grauioribus | Symphonijſ viros iſtos cohibuiſſe; iterumq; torpentis animos lenioribus modulis ex-ſcitaffe legimus. Tantos autem MVSICA effeſtus, quamquā admirabiles, vix ad-mirabitur, qui animaduerterit, ſummam eſſe Hominicum rithmis, & harmonijſ co-gnationem, quia eius anima aut eſt harmonia, aut non ſine harmonia: quinimmo Mundum iſpum ſic intrà muſicas rationes concinnatum, coaptatumq; fuifſe, vt iſpum ad | harmoniam canere, iure cum Pythagora dicamus. Quis autem cognitionem iſtam | non intelliget, ſi ſuam iſpius fortem vel in ipſo vita limine paulò diligentius inſpexerit? Infantes, & rerum omnium ignari ex materno prodimuſ vtero, & quas lachrymas tunc | Natura docente veluti futurarum tempeſtarum prænuntias effundimus, Muſicę ſoniſ | deliniti comprimimus: atq; nouam, inſuetamq; viuendi rationem ex Nutricum cantu | diſcen tes, quam conditione in vel fors, vel eleſtio, vel aliorum impulſus obtulerit ea-|dem Muſica duce non repugnanter proſequimur. Hinc agricolę hinc naturæ, hinc qui-|cumq; in aliquo ſe ſe habere exercent, cantu iacentes ſpiritus ſubleuant; in aduerſis al-|leuamente exquirunt, atq; ſummorum dolorum ſolatia, fomentaq; ſcrutantur, immo | verò, & claſſici in bello conſonant, & tympana remugiuſt, quòd ſopitos excitantam

[page 2]

mos, vegetauè ingenia ad magna queq; facinora extimolent, vt verè dici poſſit nullum | tam immitem tamq; alperum hominem eſſe qui non obleſtamentorum talium te-|neatur affeſtu: quòd ſcilicet voluptatem vtilitas comitetur; ad vtilitatem verò neceſ-|ſitas iſpſa, & proprię ſalutis amor inuitet, ac impellat. Nam quemadmodum agri niſi | statis vocibns [ſic] quieſcentes remiſſionis vſu reuiuſcant, ſteriles omnino fiunt, & expe-|ſtatæ melsis ſpes audiūm fruſtratur colonum: ita quisq; continuis laboribus, magniſuè | animi contentionibus, & curis confeſtus, niſi Muſicas iucunditates interdum fuerit | amplexus, eò grauius premi, ac dolere confueuit, quòd ſcipsum malorum fuorum au-|rorem agnoſcat, & arguat neceſſe eſt: idcirco Romani quem genialiter, ac nullis foli-|citudinibus affliētum viuere videbant, Muſicę (hoc eſt) iucundè & ſuauitate viuere di-|cebant. Iſte non modò ex ſapienſum placitis, ſed ex Naturæ legibus duētæ rationes | mihi facilè perſuaderunt, Optime, ac Sapientiſſime CÆSAR, vt dum pleriq; Maie-|ſtatem tuam varijs iam diu bellorum caſibus iaētari, iniquis hostium machinationi-|bus deturbari, atq; tot prouinciarum, quæ Inuiētiſſime dexteræ Tuæ à prepotenti Deo | concreditæ ſunt, grauiſſimiſ curis confici ſtudioſe ſuſpiciunt, & cum immortali tan-|torum meritorum contemplatione admirantur; has ego Muſicas Cantiones piè, ac re-|ligiosè digeſtas humiliter tuo Numini deuouerem, ac ſumma cum reuerentia confe-|crarem: eo nimium conſilio, vt iucunda, in primisq; honeſta, ac Christiano Imperato-|re digna relaxatione eum pro viribus releuarem, cui ob plurima, & maxiſi ponderis | munera nullam eſſe, vel corporis quietem, vel animi tranquillitatem facile coniicio. | Quem ſcrupulum faciebat mea iſpius obſcuritas, atq; humiliſ numerorum modula-|tio, tum quæ in animis hominum de eximia morum fuorum facilitate inſidet opinio, | tum mirabilis planèq; diuinus ex

Regio profluens ore cœlestium mysteriorum contex-tus tunc à me delicationibus incantu flexionibus ad S. R. E. ritum conflatus, prorsus | euellit. Nihil molle, nihil effeminatum habent huius Symphonię numeri: his summo | rerum Opifici, ac bonorum omnium parenti emeritas laudes impertire is docet Rex, | & Propheta, qui regum, & Prophetarum omnium eidem fuit acceptissimus; quiq; | vt ignaram, ac sèpius reluçtantem plebem ad humanum, diuinumq; cultum vehmen-|tius impelleret, & legibus edocuit, & armis edomuit, & metro sonisq; deliniuit. Vt | vix dubitare mihi veniat in mentem quin vel hoc nomine à Te probentur. Ecquid | enim magis consentaneum est, quàm vt Dauidis oracula veteris religionis vatis diui-nissimi, prædilectæ gregis à Deo ipso Pastoris constituti, atq; in omnia secula Regis | celeberrimi, sub eius Regis, ac Imperatoris nomine inscripta nume demùm pro-deant, qui tuendæ, atq; amplificandæ nouę, & Catholicæ Religionis studio, pacisq; in | omnem orbem firmandæ desiderio adeò tenetur, vt eius iustitia, & pietas concordi | bonorum omnium voce celebratæ nominis sui famam ad vltimas terras pertulerint? | Hæc tua ipsa pietas, si veluti propitium numen, laboribus hisce meis humaniter adfuerit (quod humiliter peto, & obsecro) non dubitabo, quin muneric tenuitatem | AVSTRIACA benignitas subleuet. Autoris obscuritatem FERDINANDEARVM | virtutum radij illustrent. Id si consequar, quæ summè maximèq; expetenda sunt, | omnia me consecutum existimabo atq; humanitatem istam addicitionis colens ani-mo ijs obseruantiae ac reuerentiæ officijs tuebor, vt dum Maiestati tuæ emeritas gra-tias Heroicarum virtutum, quibus te singulari modo cumulauit Deus perenni prædi-catione agere contendo, me neq; tanto munere indignum neq; ingrati animi vitio la-borantem pleriq; sint existimatum. Venetijs Kalendis Maij. 1616. |

M.T. Addicitionis ac Humillimus Seruus *Amadeus Freddus.* |

### **Index:**

#### INDEX.

Dixit  
 Confitebor  
 Beatus Vir  
 Laudate Pueri  
 In exitu Israel  
 Laudate Dominum omnes gentes  
 Lætatus sum  
 Nisi Dominus  
 Lauda Ierusalem  
 Credidi  
 In conuertendo  
 Domine probasti  
 Memento Domine Dauid  
 Deprofundis  
 Magnificat

FINIS.

[orn.]

**Contents:**

Dixit Dominus [all verses]  
 Confitebor tibi [all verses]  
 Beatus vir [all verses]  
 Laudate pueri [all verses]  
 In exitu Israel [all verses]  
 Laudate Dominum omnes gentes [all verses]  
 Letatus sum [all verses]  
 Nisi Dominus [all verses]  
 Lauda Ierusalem [all verses]  
 Credidi propter quod [all verses]  
 In conuertendo [all verses]  
 Domine probasti me [all verses]  
 Memento Domine Dauid [all verses]  
 De profundis clamaui [all verses]  
 Magnificat [all verses]

**Part-books:**

CANTVS	A <sup>18</sup>	36pp. Dedication. Index.
TENOR	B <sup>18</sup>	36pp. Dedication. Index.
ALTVS	C <sup>18</sup>	36pp. Dedication. Index.
BASSVS	D <sup>18</sup>	36pp. Dedication. Index.
ORGANVM	E <sup>18</sup>	36pp. Dedication. Index.

**Remarks:**

Quarto format. No intonations. Copy consulted: I-Bc (microfilm). RISM F1832.